Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26214
Copyright: Admont, Benediktinerstift



respondere ei unum pro mille. In scriptura sacra millenarius nu
merus pro uniuersitate solet intellegi. Hinc etenim psalmista ait.
ubi quod mandauit in mille generationes. cum profecto constet.
quod ab ipso mundi exordio usque ad redemptoris aduentum
per euangelistam non amplius quam septuaginta et septem propagines nu
merentur. Quod ergo in millenario numero nisi ad proferenda nouam sobi
lem perfecta uniuersitas prescitae generationis exprimitur. Hinc per iohannem
dicitur. et regnabunt cum eo mille annis. quia uidelicet regnum
sanctae ecclesiae uniuersitatis perfectione solidatur. Quia uero monas multi
plicatus in denarium ducitur. denarius per semetipsum ductus in centena
rium dilatatur. qui rursus per denarium ductus in millenarium tenditur.
cum ab uno incipimus. ut ad millenarium ueniamus. quod hoc loco
unius appellatione nisi bene uiuendi initium. quod millenarii nu
meri plenitudine. nisi eiusdem bonae uitae perfectio designatur. Cum
domino autem contendere est non ei tribuere. sed sibi gloriam suae uirtutis
arrogare. Sed sanctus uir conspiciat. quia et qui summa iam dona per
cepit. sed de acceptis extollitur. cuncta quae acceperat amittit. et dicat.
Si uoluerit contendere cum eo non poterit respondere ei unum pro mille.
Qui enim cum auctore contendit unum pro mille respondere ei non sufficit.
quia qui de perfectione se erigit. habere se bene uiuendi nec initium os
tendit. Unum namque pro mille respondere non possumus. quia cum de bo
nae uitae perfectione extollimur. hanc nos nec inchoasse monstramus.
bat. Anima ... Si tunc uerius de nostra infirmitate concutimur. si
comede. bibe et ... quam sit in mensa potentia iudicis conside
damento non substit... rando pensamus. Unde et subditur. Sapiens
animam tuam abste... corde est et fortis robore. Quod nimirum si
culum impiorum non ... conditorem sapientium sapientem dicimus.
studio se se in presen... quem ipsam esse sapientiam scimus. Et quid